

bases, & capitella lapidum sculptorum pro columnis claustris dictæ Ecclesiæ, quæ omnia æquivalent ducatis LXIV.

(1) *Hoc adhuc in tabulario Episcopali asservatur.*

Immunitas pedagii Ecclesiæ B. Petri, & sancti Ursi concessa a Johanne March. Montisf.

378

M C C C C L I V.

Joannes Marchio Montisferrati &c. Laudabilia Illustr. 10
antecessorum nostrorum Bonifacii, Willelmi, &
Joannis Marchionum Montisferrati, qui pro eorum
Catholica devotione Ecclesiæ B. Petri, & S. Ursi
civitatis Augustæ . . . certa indulserunt privi-
legia, franchesias . . . a solutione cuiusvis
pedagii, vestigialis . . . cum libero transitu per
quascumque ipsorum dominorum terras, vestigia
tanto liberius imitari volentes, quanto Ecclesiæ Dei
favorem, & commodum magis concernunt, ut pari-
ter gratæ requisitioni Rev. P. D. Umberti Englici 20
Prioris dictæ Ecclesiæ SS. Petri, & Ursi morem
geramus, tenore præsentium dicta privilegia præ-
fatorum DD. confirmantes . . . de novo
concedimus, quoad, & per quascumque terras no-
stras mediatas, & immediatas . . . pro omni-
bus, & singulis rebus, & bonis ipsius Ecclesiæ libe-
rum, francum, & amplum habeant transitum . . .
& redditum . . . absque ulla vestigialium solu-
tione tam per terram, quam per aquam mandantes
&c. in quorum testimonium præsentis fieri iussimus 30
ac sigilli nostri munimine roborari. Dat. Augu-
stæ die VI. maii ann. MCCCCLIV.

Joan. M. sub. Eusebius.

*Constitutiones synodales Episcopi Aquensis super
servitute, & residentia Canonorum, &
aliorum Sacerdotum Eccl. Aquensis.*

379

M C C C C L V.

Non insolitum, nec debet reprehensibile judicari, 40
si secundum varietatem temporum, statuta
etiam variantur: humana enim secundum B. Hieron.
nulla tam sancta, tam iusta, & diu provisiva consti-
tutio, quæ in futurum plurimos non patiatur defe-
ctus, & quæ aliquando correctione non egeat. Nos
igitur Thomas Episcopus Aquensis, & Comes atten-
dentes, quod circa residentiam Canonorum nostro-
rum, & celebrationem divinorum officiorum in Ec-
clesia nostra Cathedrali propter quandam consti-
tutionem synodalem, & aliam constitutionem tempore 50
nostro factam inter Canonicos sæpe dissentiones
occurrunt, & defectus circa celebrationem missarum,
& aliorum officiorum, ad amputandum, quan-
tum possumus omnem materiam iurgiorum, & dis-
cordiarum de infra scriptis ordinationibus circa resi-
dentiam Canonorum, & celebrationem missarum,
& divinorum officiorum de consensu, & voluntate
Ven. Canonorum nostrorum de præsentis residen-
tiam, & totum capitulum representantium, quorum
nomina inferius sunt descripta duximus providendum. 60

Et primo cum dictæ synodalis constitutio disponat, &
velit, quod Canonici, qui non fecerint residentiam
apud ipsam Ecclesiam teneantur sub pœnis, & cen-

suris in ipsa contentis dimittere medietatem fructuum
præbendæ suæ massario capituli, quæ medietas repo-
natur tam in ornamentis Ecclesiæ, quam servientibus,
& suppleantibus vices absentium ad tollendas
dissentiones, quæ hæcenus ortæ sunt, & in futurum
oriri possunt super valore præbendarum vero; præ-
senti constitutione in futurum valitura ordinamus,
& decernimus, quod quantum ad dictam medietatem
fructuum persolvendam, sive per Canonicos
absentes, sive per Canonicos de novo acceptos,
quælibet præbenda sit extimata valoris florenorum
decem singula libra registri, & secundum ipsam
æstimationem medietas fructuum uniuscujusque præ-
bendæ dimittatur in communi secundum ordinatio-
nem dictæ constitutionis sub pœnis, & censuris in
ea contentis, quas per hanc nostram constitutionem
approbamus auctoritate nostra, & confirmamus.

II. Item ordinamus, volumus, & decernimus,
quod præbendæ duæ nostris temporibus constitutæ,
scilicet Archipresbiteratus, ad quam applicuimus bona
S. Lazari de Aquis, & illa, quam de præsentis
tenet Bartholomeus Zabreria, cui applicuimus, redditus
nemoris Montis Rubei sint registratæ, secundum quod
reliquæ præbendæ libras decem pro singula præbenda.

III. Item cum secundum jura canonica, quilibet
canonicorum teneatur residere, & servire, contingat
tamen sæpe ex causis legitimis aliquos abesse
circa residentiam, & servitum Ecclesiæ de infra-
scriptis ordinationibus duximus providendum. Et
primo ordinamus, quod omnes Canonici ex causa
legitima absentes, & in civitate non residentes
dimittant in communi medietatem fructuum præben-
dæ suæ, sicut supra ordinatum est; si qui vero
voluerint substitutum loco sui ponere, ponant talem
qui sit idoneus, & sufficiens ad celebrationem mis-
sarum, & aliorum officiorum tam nocturnorum, quam
diurnorum, & quod nullum aliud officium habeat
in Ecclesia ipsa, & quod sit idoneus ad celebran-
dum tam cum nota, quam private, & tam in cho-
ro, quam ad altare.

IV. Canonici vero residentes in sacerdotio con-
stituti teneantur adscribi ad assiduam servitum,
& celebrationem missarum, & horarum canonicarum
per se, & substitutum idoneum, & sufficientem,
secundum quod in proximo superiori capitulo
de idoneitate dictum est, nisi forte ab assidua ser-
vitate causa aliqua legitimæ infirmitatis, vel senectutis
ipsum excusaret, quo casu ipsi assidua servituti
non adscripti propter aliquam ex causis supra-
scriptis, ut participes sint orationum, & honorum
stendorum in Ecclesia, dimittant in communi quar-
tam partem fructuum præbendæ suæ, sicut supra taxatæ
sunt, distribuendam cum aliis secundum modum
supra scriptum.

V. Canonici vero in civitate residentes, non
habentes causam legitimam non adscribi servituti
assidua tamquam absentes a civitate reputentur
circa relaxationem fructuum, & ut supra. Tempus
autem servitutis eximentis aliquem ab assidua servi-
tute declaramus fore annorum sexaginta quinque,
& ultra; diutinam vero infirmitatem relinquimus
arbitrio ordinarii, & aliorum bonorum virorum.

VI. Canonici vero non constituti in sacris, quan-